

in eternum Benedictus Pater noster

Lauda anima. Vel ps De profundis v

A porta inferi Domine exaudi orationem Oremus

b A porta inferi erue domine animam eius

Domine exaudi. a Audivi vocem de celo dicentem

beati mortui qui in domino moriuntur Kyrie christe

Pater noster Collecta

Tibi domine commendamus animam famule tue: ut defuncta seculo tibi vivat et que per fragilitatem mundane conversationis peccata admisit tu venia misericordissime pietatis absterge.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum omnium fidelium ~~tuorum~~ defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam semper optaverunt piis supplicationibus consequantur Qui vivis et regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum Amen

Requiescant in pace Amen